

PAULI BUSII

I. C. ZUOLLANI

DE

OFFICIO  
IUDICIS

*Liber Singularis.*

Quo iudicum munus & potestas, in cognitione definitioneque causarum, perspicue traditur;

*Ad nobilissimos Belgica Ordines.*



FRANKERA,  
EXCUDEBAT  
AEGIDIUS RADAEVS,  
Ordinum FRISIAE Typographus.

1603.

ILLUSTRIBUS, NOBILISSIMIS,  
PRÆPOTENTIBVSQVE  
VNITAE BELGICAE  
ORDINIBUS.

ET

Magnifico eorundem, amplissimoque

SENATUI

S. P. A. D.



*BSOLUTO mihi hoc de Of-  
ficio iudicis tractatu, Viri  
Nobilissimi, dicare cui-  
quã eum, qui in republicã  
ac iure versaretur, mihi  
familiari, consilium erat.*

*At dignitas rei, majestãsque patronum po-  
stulabat, qui auctoritate ac rerum usu, pe-  
ne ante-iret omnes. E Belgis ut nostris vos  
præ reliquis delegerim necessarió. Quantum  
enim ac quã dignum est id, cui obeũdo Re-*

DE  
OFFICIO IUDICIS,

Liber Singularis.

## Præfatio de iudicium præstantiâ ac dignitate.

## CAP. I.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Ordinata iudiciorum observatio<br>reipublicæ utilis. | 4. Majestas reipublicæ in magistratibus laesa. |
| 2. Iudicium ac iudiciorum dignitas.                     | 5. Iudices Dii.                                |
| 3. Consules Romani Iudices.                             | 6. Propositio operis.                          |
|   | 7. Iudiciorum momenta varia.                   |

1. **T**Ranquilla reipublicæ conservatio magnâ ex parte in ordinatâ iudiciorû observatione consistit, quam si omittatur, cõfusio sequatur oportet. Igitur magna habêda iudiciis reverentia est; habita certè est antiquitas maxima. 2. Nam & reges olim ipsi propemodum solo iure reddendo fuerunt occupati. Constat quippe Moysen Principem populi Dei, totâ die iudicasse; Regē Salomona id potissimum à Deo precatum, ut sapientiam ad iura, iudiciâq; populo reddendum, cõsequeretur. Sic & conditor urbis populorum Dominæ Romulus, rerum majorum cognitionem sibi servavit; minorum Senatui reliquit. Octavium quoq; Augustum, augustum illud Principum sidus, assiduè in iure dicundo memorant versatum, ac in noctem etiam multam quandoque cognitionibus vacasse. *Sueton. in Octavio.* 3. Ceterum existimem antea, eiectionis jam urbe regibus, ipsos quoque consules ferè regio imperio creatos, iudicasse, adeoque iudicium nomine fuisse salutatos. Quo sensu in Horatiâ *Legge*, quam Lucius Valerius Potitus & M. Horatius Barbatu